A. D. 1920. N^rus VIII.

CURRENDA

BENEDICTI PP. XV. MOTU PROPRIO

DE SACRIS SOLEMNIBUS ANNI QUINQUAGESIMI EX QUI S. JOSEPH B. M. V. SPONSUS ECCLESIAE CATHOLICAE PATRONUS RENUNTIATUS EST.

BENEDICTUS PP. XV.

Bonum sane et salutare fuit nomini christiano quod Decessor Noster immortalis memoriae Pius IX. castissimum Virginis Deiparae Sponsum eundemque Verbi Incarnati Nutricium Joseph Ecclesiae Catholicae Patronum declaravit; quae res quoniam decembri proximo quinquaginta erunt anni cum auspicato evenerit, vehementer utile futurum ducimus si ea toto orbe terrarum solemni commemoratione celebretur.

Respicientibus quidem hoc spatium praeteriti temporis, obversatur Nobis ante oculos continuatio quaedam seriesque pie institutorum, quae cultum sanctissimi Patriarchae apud Christi fideles sensim usque adhuc crevisse indicent; verum, intuentibus rerum acerbitates quibus hodie humanum genus conflictatur hanc ipsam pietatem multo studiosius foveri in populis, multoque latius propagari apparet oportere. — Etenim post tam gravem belli contentionem, quid ad communem ordinis tranquillitatem restituendam deesset, ostendimus nuper encyclicis illis litteris de pacis reconciliatione christiana, in quibus civiles potissimum tum populorum tum hominum inter ipsos rationes consideravimus. Nunc autem altera est perturbationis causa attendenda eaque longe maior, utpote quae in venis atque visceribus humanae societatis insideat. Scilicet eo tempore calamitas belli gentes occupavit, cum penitus eas naturalismus infecerat maxima illa saeculi lues, quae, ubi invaluit, caelestium bonorum desiderium debilitat, flammam divinae caritatis opprimit, hominem sananti et elevanti Christi gratiae subtrahit, eumque fidei lumine denique orbatum et solis naturae infirmis corruptisque viribus instructum, effrenatis animi cupiditatibus permittit. Conversa igitur unice studia ad res caducas nimis multi mortales cum haberent, cumque proletarios inter et locupletes infensissime aemulationes et simultates intercederent, mutuas classium inimicitias adauxit acrioresque reddidit belli diuturnitas et magnitudo, ideo praesertim quod hinc intolerandam multitudini annonae caritatem, illinc subitam fortunarum affluentiam perpaucis attulit.

Accedit eo in cumulum, ut coniugalis fidei sanctitas patriaeque potestatis verecundia non parum detrimenti apud plurimos bello ceperint, propterea quod

et alterius coniugis longinquitas officiorum vincula in altero relaxaret, et custodis absentia temeritatem maxime puellarum ad indulgendum sibi licentius impelleret. Itaque dolendum est multo esse magis, quam antea, corruptos depravatosque mores, eaque re ipsam causam socialem quae dicitur, ingravescere in dies adeo ut extrema iam sint malorum extimescenda. Est enim flagitiosissimi cuiusque voti atque exspectationis maturus ortus cuiusdam universalis reipublicae, quae perfecta hominum aequalitate et bonorum communione, tamquam principiis innitatur, et in qua nec ulla sint nationum discrimina nec patris in filios, nec publicae potestatis in cives, nec Dei agnoscatur in homines consociatos auctoritas. Haec si deducantur in usum, miros terrores sequi necesse est; et eos nunc quidem non exigua Europae pars experitur ac sentit. Atqui condicionem eiusmodi ceteris etiam populis quaeri videmus, concitatisque paucorum furore et audacia plebibus, magnas hic illic turbas subinde existere.

Equidem hoc rerum cursu nos in primis solliciti, Ecclesiae filios sui commonefacere officii ex occasione haud praetermissimus, ut datis proxime ad Episcopum Bergomatium litteris, itemque ad Venetae regionis Episcopos. Iam eandem ob causam ut nostros homines, quotquot ubique sunt, qui manu et labore victum sibi comparant, in officio retineamus, eosque a contagione socialismi, quo nihil christiana sapientiae est inimicius, intactos conservemus, eisdem praesertim Sanctum Joseph perstudiose proponimus quem peculiarem et vitae ducem observent et patronum colant.

In enim simili, atque ipsi, vitare genere aetatem exegit: cuius ratione rei Christus Deus, cum esset aeterni Patris unigenitus, fabri Filius appelari voluit. At eam loci fortunaeque humilitatem quantis quamque excellentibus ornavit virtutibus; nimirum iis quibus elucere decebat eum, qui vir esset Mariae Immaculatae, quique Jesu Domini Pater putaretur. — Quare Joseph magistro, discant omnes praesentia, quae fluunt, sub lumine spectare futurorum, quae permanent; et humanae incommoda condicionis spe consolantes caelestium bonorum, ad ea, divinae voluntati obsequendo, id est, sobrie et iuste et pie vivendo, contendant. Quod autem proprie ad operarios attinet, placet ea referre quae Decessor Noster fel. rec. Leo XIII. simili in causa edixit; sunt enim eiusmodi ut nihil aptius dici posse videatur: „Harum cogitatione rerum debent erigere animos et aequa sentire egeni et quotquot manuum mercede vitam tolerant; quibus si emergere ex egestate et meliorem statum acquirere concessum est non repugnante iustitia, ordinem tamen providentia Dei constitutum subvertere, non ratio, non iustitia permittit. Immo vero ad vim descendere, et quicquam in hoc genere aggredi per seditionem et turbas, stultum consilium est, mala illa ipsa efficiens plerumque graviora, quorum leniendorum causa suscipitur. Non igitur seditiosorum hominum promissis confidant inopes, si sapiunt, sed exemplo patrocinioque beati Josephi, itemque materna Ecclesiae caritate, quae scilicet de illorum statu curam gerit quotidie maiorem“. (Epist. Encycl. „Quamquam pluries“).

Crescente autem nostrorum religione erga Sanctum Joseph, simul proclive

factu est, ut eorum religio in Sactam Familiam Nazarethanam, cuius augustum Caput is fuit, capiat incrementum: alterum enim ex altero sua sponte efflorescit. Namque ab Joseph ad Mariam recta deducimur, per Mariam autem ad omnis sanctitatis fontem, Jesum, qui domesticas virtutes suo ipsius in Joseph et in Mariam obsequio consecravit. Ad haec vero tanta virtutum specimina omnino se christianae familiae renovent cupimus atque conforment. Ita quoniam familiae fundamento communitas humani generis constituta est, cum societati domesticae plus firmitatis accesserit, eius nimirum munita sanctius et castimonia et concordia et fide, eo ipso novum quoddam robur et novus quasi sanguis per omnia societatis humanae membra diffundetur, influente usque quaque virtute Christi; nec solum privatorum morum sequetur emendatio, sed etiam communis vitae civilisque discliplinae.

Nos igitur eius plurimum confisi patrocinio, cuius vigilantiae providentiaeque Deus Unigenam suum Incarnatum Virginemque Deiparam commendatos voluit, omnibus Catholici orbis Episcopis auctores sumus, ut tam necessario rei christianae tempore fideles ad opem S. Joseph eo vel studiosus implorandam cohortentur. Cum autem plures haec Apostolica Sedes modos probaverit sanctum Patriarcham venerandi, in primis quarta quaque feria et continenter per mensem proprium, eos omnes volumus in una quaque dioecesi, instante, sacrorum Antistite, quoad possit, frequentari. Sed praecipue, quoniam praesentissimus morientium adiutor merito habetur, cui Jesus ipse cum Maria morienti adfuerint, Venerabilium Fratrum erit illa piorum sodalitia, quae Joseph pro decedentibus exorando condita sunt, ut a Bona Morte, ut a Transitu S. Joseph, ut pro Agonizantibus, omni auctoritatis suae suffragio et favore prosequi.

Ad memoriam vero celebrandam pontificalis Decreti, quod supra memoratum est, praecipimus et mandamus, ut intra annum a die VIII. mensis Decembris proximi, toto orbe catholico, in honorem S. Joseph B. M. V. Sponsi, Ecclesiae Catholicae Patroni, quo et tempore et modo cuique Episcopo videbitur, solemnis supplicatio fiat; cui quotquot interfuerint, eis singulis plenariam peccatorum veniam, usitatis condicionibus, lucrari licebit.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die XXV. mensis Julii, in festo S. Jacobi Apostoli, anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

N. B. W myśl tego *motu proprio* zarządzamy, aby w r. 1921. odprawiono we wszystkich kościołach naszej dyecezyi tak parafialnych jak i zakonnych przed uroczystością św. Józefa dnia 19. marca nowennę ku czci św. Józefa, gdzie można z wystawieniem Najśw. Sakramentu i odpowiedniem przemówieniem, a w sam dzień 19. marca uroczyste nabożeństwo z wystawieniem Najśw. Sakramentu w monstrancyi.

Nabożeństwo to należy zapowiedzieć z ambony i ogłosić zyskanie odpustu zupełnego, o którem mowa w *motu proprio*.

— · —

L. 6031.

W sprawie plebiscytu na Górnym Slązku.

Zbliża się termin powszechnego głosowania na Ślązku, którego wynik ma zadecydować o tem, czy nasi bracia Ślązacy wrócą do swej Macierzy Polski, czy też mają nadal pozostać pod obuchem pruskim. Trzeba nam zatem wytężyć siły, abyśmy odzyskali to co nasze.

Głosować mają ci: 1) co na Ślązku urodzeni i tam po dziś dzień mieszkają; 2) co na Ślązku zrodzeni przebywają poza jego granicami, w dzielnicy np. naszej, w obrębie naszej dyecezyi, dalej 3) Górnoślązaczki, żony Małopolan, o ile wykażą się metryką ślubu; 4) osoby nieurodzone na Górnym Ślązku, lecz mające stałe miejsce zamieszkania w okręgu plebiscytowym, które chwilowo przebywają w Małopolsce; oraz 5) nieurodzeni na terenie plebiscytowym Polacy, którzy przez władze niemieckie zostali stamtąd wydaleni.

Wzywamy przeto Przew. Rządców parafii, ażeby zbadali, czy w obrębie ich parafii znajdują się mieszkańcy urodzeni na Ślązku, a gdyby się tacy znaleźli, aby także starali się ich skłonić do bezwarunkowego wyjazdu na plebiscyt, a w czasie ich nieobecności zajęli się ich rodzinami.

Koszta podróży i pobytu na Ślązku w celu oddania głosu przy plebiscycie, opłaci Towarzystwo poniżej wymienione względnie Komitet.

We wszystkich tych sprawach należy się zwracać do *Towarzystwa Obrony Kresów zachodnich w Krakowie, Retoryka l. 5.*

L. 5862.

W sprawie poświadczeń dla inwalidów.

Ustawą z dnia 9. lipca 1920 r. w sprawie uzupełnienia ustawy z dnia 26. marca 1920 w przedmiocie nadzwyczajnego dodatku do Tymczasowych zasiłków dla inwalidów wojskowych (Dz. U. N. 31 poz. 182) przyznane zostały ponadto nadzwyczajne dodatki miesięczne inwalidom będącym w niedostatku. Każdy inwalida ubiegający się o ten nadzwyczajny dodatek winien jest w myśl § 3. rozp. wyk. z dnia 23/IX. 1920 Dz. U. R. P. N. 83 poz. 558. dołączyć do podania wypełniony formularz według przepisanego wzoru, poświadczony przez właściwy Urząd gminny i parafialny.

Ponieważ w Rzeczypospolitej Polskiej zarejestrowano około 140.000 inwalidów, z których większość zgłosi niezawodnie roszczenie do powyższego dodatku, jest ścisłe i zgodne z prawdą podawanie dat i cyfr w wymienionych formularzach i poświadczanie ich przez powołane Urzędy konieczne dla zaoszczędzenia skarbowi Państwa nadmiernych a niezgodnych z intencyą ustawy wydatków.

Wskutek reskryptu Prezydyum Namiestnictwa z 24. października b. r. L. 2281. wzywamy niniejszem wszystkich P. T. Rządców parafii, by przy po-

świadczaniu formularzy według § 3. powołanego wyżej rozporządzenia wykonawczego przedstawionych im przez inwalidów postępowali z jak największą ostrożnością i poświadczali tylko fakty i okoliczności dobrze im znane i dokładnie sprawdzone, a także świadectwa moralności wystawiane przez Urzędy gminne dla inwalidów stwierdzali ze swej strony tylko wtedy, jeżeli ich treść odpowiada istotnej wartości moralnej petentów.

L. 5991.

Polecenie miesięcznika „Pod znakiem Maryi".

Ks. Józef Winkowski i Ks. Maryan Wiśniowski moderatorowie Sodalicyi Maryańskich młodzieży szkół średnich — rozpoczęli z dniem 1. października 1920 r. wydawnictwo miesięcznika Związku Sodalicyi Maryańskich młodzieży szkół średnich w Polsce pod tytułem: „*Pod znakiem Maryi*". Miesięcznik ten troskliwie redagowany, może oddać wielkie przysługi młodzieży do Sodalicyi Maryańskiej należącej, dlatego polecamy go chętnie wszystkim moderatorom Sodalicyi w dyecezyi naszej.

Cena poszczególnego numeru 4 Mk. — Adres Redakcyi i Administracyi: *Ks. Józef Winkowski, Zakopane, Łukaszówka.*

Zechcą P. T. Rządcy parafii położonych nad Rabą·

podać do wiadomości wiernych, że głuchoniemy Andrzej Kobiela z Zawoji, powiat Myślenice, lat 30, wzrost średni, włosy ciemno blond, całkiem ostrzyżone, oczy bure, pojechał do asenterunku 4. października br. i zaginął bez wieści. Był ubrany: koszula gruba, kabat i kamizelka ciemna, z wierzchu kożuch stary nie kryty (czerwony), czapka barania tkana, na nogach kierpce, mówi niezrozumiale, a wyraźnie tylko „mama". Papierów nie miał żadnych. Kto da znać Maryi Kobielowej w Zawoji Nr. 675, Polana Przystop — otrzyma 100 Mkp.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Nominati: *Dr. Stanczykiewicz Jacobus,* Consiliarius actualis Curiae; R. *Solak Joannes,* Coop. e Grodek — administrator v. benef. in Grybów; R. *Rzepka Joannes,* Coop. e Grybów — Coop. expositus in Gródek; R. *Duchiewicz Romanus,* Senior. vicar. cath. — Coop. expos. in Krynica; R. *Koza Joannes,* coop. e Straszęcin — administrator v. benef. in Lubzina.

Applicati: R. *Pałka Antonius,* qua coop. ad Bochnia; R. *Konieczny Ignatius,* qua Coop. ad Zawada.

Translati: R. Coop. *Piotrowski Valentinus* e Zawada ad Gromnik; *Wolanin Ioannes* e Gromnik ad Straszęcin; *Baradziej Franciscus* e Jakóbkowice ad Niedźwiedź; *Wojtanowski Joannes* e Bochnia et *Dr Bochenek Joannes* e Niedźwiedź — ad Ecclesiam Cathedralem.

Commeatum valed. cur. causa obtinuit R. *Wolanin Ladislaus,* Expositus e Krynica.

Decoratus usu Expositorii canon. R. *Jasiak Ioannes,* Par. in Zakliczyn.

Z KURYI BISKUPIEJ.

W Tarnowie, dnia 15. grudnia 1920.

Ks. Dr. Stanisław Bulanda
kanclerz

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.